

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Albert Ludwig Intze

De Cardialgia : Dissertatio Inauguralis

Rostochii: Typis Adlerianis, MDCCCXXIX.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100896333X>


Druck Freier  Zugang




OCR-Volltext

RU med. 1829

Intze, Jo. Alb. Ludov.





C

I

DE
C A R D I A L G I A.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PRO GRADU

DOCTORIS MEDICINAE ET CHIRURGIAE
RITE CAPESSENDO

PUBLICO SUBMITTIT EXAMINI

AUCTOR

JO. ALB. LUDOV. INTZE
WITTENBURGENSIS.

ROSTOCHII
TYPIS ADLERIANIS.

MDCCXXIX.

DE

O A R D I A P G I A

D I S C U L T A T I O N E I N A N D U M A N I A

647 M

C O N S I S T E N T E T A M E T O N T A T E

G R A T I O S A M E D I C O L I N O R D I N I S

IN

T O K Y O M A T E C H I N I S I



P U B L I C O S O U M I T T E X A M I N I

BOOKS

M E N T U R A N O U A M A X . 10

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

— — — — —

V I R O

CLARISSIMO EXPERIENTISSIMO

**JOANNI GUILIELMO
JOSEPHII**

MEDICINAE DOCTORI PROF. PUBL. ORDINARIO
RERUM MEDICINALium IN MILITIA MEGAPOLITANO-
SUEBINensi PRAEFECTO SUMMO

SCHOLAE OBSTETRICIAE MEGAPOLITANAe
DIRECTORI

ORDINIS LUDOVICIANSI HASSIACI EQUITI
COMPLURIUM SOCIETATUM LITERARIARUM SODALI

ETC^r

VERO

CHARISMO EZPHERINTAE

OMNI GUTTERI
TOL

PHYSIQUE DOCTORIS TOLI PETRI ORDINARIO

MILITARIS MEDICINALIS IN MILITA MAGNATIA SUMMI
SUSCINENSIS TRANSGESSO SUMMI

SCIENTIAE MEDICINAEE ET BOTANICAE
DISCIPULUS

OMNIA LIBERAMENTE HABENDA EQUITATE

COMITUM SODALIA MATERIALE LIBERAMENTE SOLVIT

ETC.

V I R O

ILLUSTRISSIMO DOCTISSIMO

H E N R I C O S P I T T A

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI PROF. PUBL. ORDIN.
INSTITUTI POLICLINICI DIRECTORI

ETC.

О А Г

MILLESTISSNON NEC CLOASMO

А Т Т И Ч А · О Д И Й И Н И І

ЧТОГОД У МИЛЯНІ ТА ПАМІДАМ
МІСІОНАРІЇВ ДОВІРІТЬ СВІТЛЯ
ЗНОГОДИ БІЛОСІРІ ПУСТЕКІ

V I R O

CELEBERRIMO PRUDENTISSIMO

CAROLO STREMPPEL

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI PROF. PUBL. ORDIN.
INSTITUTI PRIVATI CLINICI OPHTHALMIATRICO-
CHIRURGICI DIRECTORI

ATQUE
URBIS ROSTOCHIENSIS PHYSICO

Q U A V

HASCE STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

P T O G R A T O Q U E A N I M O

ИСТОРИЯ ДАЛЬЯНО ТЕ ПИСЬМА
ЖИЛЮ ДЛЯ ДОКУМЕНТОВ АНГЛАИИ
DEDICAT

ОДИННАДЦАТЬ ИЗДАНИЙ ИТАЛИИ ГРЕНДИ

AUCTOR.

Lectori Benevolo!

Doctoris munera et honores impetraturus
nec non mori et facultatis gratiosae ob-
temperaturus legibus medicinae studiosus
diligentiae suae et eruditionis debet speci-
men. Quum jam vero omnia, quae ad
medicinam pertinent, a viris longe erudi-
tissimis et peritissimis sint accuratius per-
tractata nihil quidem novi afferre opinor,
tamen mihi convenire videtur, ut materiam
Therapiae specialis quandam propiori sub-
mittam contemplationi. Elegi Cardialgiam,
in qua curanda saepius aegrotantibus af-
fertur summa pernicies, dum vitiis organi-
cis affingitur, a quibus, ut recte distin-
guatur, fieri non potest, nisi symptomatibus,
causis, accessionumque mora enixe obser-
vatis atten̄aque eorum ratione habita.

)

Eo magis de hoc morbo sententiam
meam in lucem proferre mihi licuisse puto,
quod in instituto ophthalmiatrico-chirurgico
Dom. Prof. Strempel per hoc semestre
aestivum nonnulli hujus morbi casus, vitiis
organicis simillimi, qui non cederent, nisi
remediis antispasmodicis, curandi mihi sint
traditi.

Nihilominus, Lector Benevole, precor,
ut in his primitiis non vanam doctrinac
ostentationem, sed specimen solum agno-
scas temporis mihi in studia incumbenti,
haud frustra consummati!

DE NOMINIS ORIGINE.

Neminem unquam fore arbitror, qui dubitet, denominationem Cardialgiae (vocis e Graecorum *καρδία* et *ἄλγος* in *καρδιαλγία* compositae) ex sede doloris in cardia vel in scrobiculo cordis, quae est in regione epigastrica fovea, a cartilaginibus vertebrorum spuriorum et processu ensiformi ossis sterni limitata, a veteris esse derivatam.

Quae vero denominatio sensus latioris, quam quo sumi solet, igiturque minus commode ad notionem morbi dicti expandam formata esse videtur. Nam de verbo fieri posse elucet, ut dolor morbi nostri et cutem et musculos, loco descripto adjacentes, nec non colon trans-

)(*

versum pluresque hujus regionis partes afficere videatur.

Quare rectius huic morbo nomen „Gastralgiam“ (a $\gammaαστήρ$ et $\alphaλγος$) imponendum esse censeo. Unusquisque saltent medicinae peritus denominationem illam sensu intelliget limitato.

DIAGNOSIS.

Dolores periodici, torquentes, instar cultri ictuum intestina penetrantes, pungentes, modo leniores, tam vero diutius haerentes sibique constantiores, modo acerrimi sed tum eo breviores, saepiusque intermittentes, qui in scrobiculo cordis oriuntur et hinc vel ad utramque hypochondriacam vel in regionem umbilicalem et lumbalem se trahunt, morbum indicant denominatum. Nonnunquam autem hi dolores sunt tam lenes et tam lento gradu

accedunt, procedunt ac recedunt, sicuti exemplum quoddam hujus generis, quod tres annos perstabant, me docuit, ut hoc malum facillime vitium organicum haberi possit. Paroxismus et dolores alimentis quibusdam, ut cerevisia, aqua frigida etc. assumtis, fiunt vehementiores, nec tamen compressione partium laborantium externa augentur, sicuti calore adhibito minuantur.

Vomitu, qui aut malo ingravescenti, aut illis alimentis assumtis effici potest, haud necessario hic morbus dignoscitur.

Alvus praeterea suppressa vel obstructa vel ejectio saltem tardior et rarer excrementorum, saepius argillosorum, ad hujus morbi symptomata saepenumero est referenda. Et secretio urinae, ut in omnibus spasmis, in hoc morbo qualitatis est abnormis, dum lotium aquosius pallidi conspicitur coloris. Functio denique cutis saepe interrupta est, cuta sicca, aspera et rigida.

AETIOLOGIA.

Caussam hujus morbi proximam in contractione fibrarum tunicae ventriculi muscularis perversa nec non in nervorum, complexu gastrico solari ad tunicam villosam seu internam penetrantium, perceptione alienata quaerendam esse, mihi persuasum est. Attamen causam proximam hac ratione plane exploratam esse, minime mihi videtur, nam, ut in ceteris spasmis, nondum ita innotuit, ut nil reliqui maneret in ejus investigatione.

Caussarum remotiorum natura vel mechanica est, vel materialis vel dynamica.

Inter primas s. mechanicas, causae externae, ut ictus, contusio, compressio aliaeque plagae recte referuntur.

Secundis s. materialibus annumero primarum viarum sordes, bilem in duodecimum ventriculumve largius effusam, vermes

easdem partes invadentes et sodam sive ardorem ventriculi, praecipue infantes neonatos urentem. Venena caustica autem rarius cardialgiam, saepius efficere solent gastritidem.

Caussae tertii generis s. dynamicae sunt mea sententia: transpiratio suppressa, impetigines refugae, menses haemorrhoidesque et obstructi et suppressi, nec non arthritis anomala. Praeterea fieri potest, ut hysteria ac hypochondria eo vergant.

DE ACCESSIONUM MORA.

Cardialgia, cum lenius ac intermissionibus brevibus immixtis accesserit, plures per annos morari et inde fieri potest, ut in inductionem seu scirrhositatem ventriculi transeat, aut, dum intermissionem fiunt remissionibus simillimae, inflammatio ventriculi exoriatur chronica, quae vel in exulcerationem vel metamorphosin supra dictam abeat.

Quo vero aciores, eo sunt breviores paroxismi, et aliquot tantummodo momenta usque ad partem horae quartam dimidiam venantur atque eo diutius intermittentes, ne gastritis inde fiat.

D E E X I T U .

Simili modo, quo omnes affectiones dynamicae, si diutius persistunt, metamorphoses organicas — aut indurations aut scirrhositates — efficiunt, et Cardialgia easdem efficer potest. Quod, quo lenius exoritur, quo diutius moratur et quo magis intermissionibus vacuus procedit morbus, eo faciliter fieri potest. Tum nempe morbus iste et tunicae villosae secretione et propria reproductione (seu materiam quandam suggerendo et assimilando ei, quae consumpta fuerit) alterationem et metamorphosin materiae organicae proginit et sic facillime vitiis organicis, quae ventriculi orificiis,

cardiae et pyloro praecipue insident, causam sui praebent formandi. Sed majori morbi gradu, nec non longiori duratione, quum sanguinis praepediatur circulatio, facilius nascitur gastritis. Spasmos et tonicos et clonicos morbus noster, praeter ceteros in neonatis, saepissime efficit.

PROGNOSIS.

Cardialgia, quae jam longius duraverit, chronica, hoc morbo acuto, haud acerrimo, malignior esse solet. Melior est prognosis in caussis adhuc removendis, e. g. in sorribus primarum viarum etc., quam in non apertis. Forma dynamica, etsi difficiliter curatu, illa cum metamorphosi organica jam conjuncta, propitior habenda est. Idiopathica, levius metastatica ex obstructis s. suppressis mensibus, haemorrhoidibus etc. exorta, sanabilis est.

T H E R A P I A.

Ad hocce malum rite feliciterque curandum, plures, quoad caussas, complicationem et gradum, proponendae sunt indicationes.

I. *Indicatio causalis*, omnium primaria, nec non maximi est momenti, qua ablata, morbus, si non nimis longum tempus exstiterit, etiam abiet. Plures sunt observandae caussae:

1) *Acidum primarum viarum* praecipue apud neonatos. Hoc saturandum est. Remedia sunt:

a) *Magnesia carbonica et usta*, quibus similia sunt: Lapidès cancerorum, concha prpt., testae oyor. etc. — dantur ad gr.ij — vj — xx. Cum medicaminibus antispasticis conjuncta efficaciora erunt. Formula e. g. Hufelandi ex: „Magnes. alb. — ♂ radic. Valer. min. aa 3j — ♂ radic. Liquirit. 3ij — radic. Irid. flor. 3jꝝ et eroc. gr.vijj. M. D. S. ter quotidie cochlear minusculum“

composita maximo usu in infantum car-
dialgia est adhibenda.

- b) *Kali carbonicum*, aut ejus liquor s. ol.
tart. per deliq. ad gutt. x—xv, aut cum
aceto vini saturatum saepissime prosunt.
2) *Sordes primar. viar.* ex indigestione vel
bilis nimia quantitate exortae:

Quibus praecipue remedia antispastica
et deinde sursum vel deorsum resistunt
evacuantia.

- 3) *Vermes in ventriculo seu duodeno:*
Ab initio emollientia et mucilagines: ex
Decocto Alth., Liquir. — emuls. amygdal.
dulc., lac vacc.; spasmo vehementiori:
infus. rad. Valer. min., flor. Chamom., ad-
denda Asa foetida, et per os et per anum
ad vermes sedandos, posteaque remedia
anthelmintica.

- 4) *Menses, haemorrhoides, impetig.* vel
suppressae vel obstructae. Therapia, an-
tispasticis adhibitis modo evacuationibus
sanguinis aut communibus aut localibus,
modo balneis calidis, modo attrahentibus
pellentibus utitur medicaminibus.

- 5) *Venena hausta* — pro raria horum natura varia sunt adhibenda antidota. Quae vero caussae gastritidem potius quam malum efficere solent nostrum, cuiusque curatio ad illum pertinet morbum.
- 6) *Calculi hepatici et renales*: Primum emulsiones cum antispasticis ad lenientium, quibusque adhibitis, remedia ad curam radicalem praescribenda censeo.

II. *Indicatio morbi.*

Caussis jam remotis vel non manifestis aut periculo, earum ab initio auferendarum, majori, priori indicationi pondere graviori accedit illa. Morbus noster, spasmi instar, expetit remedia antispastica, quae, quoad effectus intensitatem, dum ille acutius percurrat vel tardius, vario sunt adhibenda modo et in classes duas primarias possunt dividi.

A. *Narcotica*, locum tenent primum.

- 1) *Opium*, remedium praevalens, et, quum cetera haud prosint, saepenumero est optimum. — Ejus tinctura simpl. ad dosin

gutt. v — x ter quaterve quotidie maxime est commendanda, tinctura enim Opii crocata nimis stimulat.

- 2) *Belladonna*, minus efficax, cuius extr. vel pulvis hb. et rad. ad gr. $\frac{1}{4}$ — iv adhibendum est.
- 3) *Aqua Lauroc. et acid. hydrocyanicum* veget. Schrad. in casibus chronicis, proxime juxta Opium crebro prosunt. Illa detur ad gutt. xx — l, hoc ad gutt. iv — viij — x, in paroxismo.
- 4) *Nux vomica*, cui vero non fides habenda est magna. Extr. nuc. vom. spirit. in pilularum vel pulveris forma ad gr. $\frac{1}{4}$ — ij adhibetur.

Cetera narcotica haud maxime prosunt.

B. *Antispasmódica*, in morbo chronicō nec non ipsius decurcus acuto, haud vehementiori, maximum praebent fructum. Metallica sunt:

- 1) *Magisterium Bismuthi* primum eorum ordinem tenere persuasum mihi habeo, nam in malo nostro chronicō saepissime

gaudet eventu, quem in casu jam superius citato, cum vomitu constanti conjuncto, ipse cognovi, cum malum Magisterio Bism. dosi crescenti a gr. j ad iv per sex hebdomades adhibito plane cessaret.

2) *Zincum oxydatum album* nec minus commendandum est, praesertim infantibus et spasmis tonicis et clonicis imminentibus, det. ad gr. $\frac{1}{2}$ — ij — iv.

3) *Cuprum sulphurico-ammoniatum*: non adhibendum censeo nisi casu pertinaci, ceterisque remediis haud cedenti; in pilular. forma ad gr. $\frac{1}{4}$ — j — i $\frac{1}{2}$ — iiij est praescribendum.

Cetera antispasmodica haud ponderis sunt minoris, e. g.:

- a) *Moschus orientalis* in paroxismo acer-
rimo ad gr. j — vj.
- b) *Castor.mosecov.*, cuius tinctura aetherea
ad gutt. x — xv — xx adhibenda est.
- c) *Valeriana minor s. off.* aut ejus radix
in pulvere aut tinctura aetherea et am-
moniata ad gutt. x-xv, maxime prosunt.

- d) *Asae foetidae* in morbo non acriori,
cum hysteria complicato, in pilul. formi.
ad 33 — ij vel ejusdem tinctura ad gutt.
xx — xxx haud omittenda erit.
- e) *Liquor Ammonii anisatus* ad gutt. v-x
—, nec non Aetheres et Naphtae dul-
cificatae remedia praecedentia saepe
maxime adjuvant.


Aliquot remedia externa, sinapismi,
fomentationum aromaticarum calidarum vel
pannorum lanestrium in acetum acerrimum
calefactum submersorum expressorumque ad
cardiae regionem et quum refrigeraverint,
frequenter reiteratorum applicatio, quibus
impositis aegrotum levari frequentius vide-
bam, seu in casibus chronicis: frictio cum
Ungt. tart. stib. vel ejusdem emplastri appli-
catio ad epigastricam regionem, nec non
Moxae, maniluvia et pediluvia balneaque
calida sunt instituenda.

VITAE CURRICULUM MEAE.


Ego Jo. Alb. Lud. Intze natus sum Witten-
burgi, magni Ducatus megalopolitan oppido, die VIII.
mensis Martii, Anni MDCCCVI, patre Jo. Intze,
chirurgo et matre Dorothea, e gente Schlott-
manni. Jam septem annos nato mihi pater caris-
simus diem obiit supremum. Attamen mater be-
nigna pro viribus suis in primis literis me curavit


erendiendum. Per sex annos in lingua latina nec non gallica et per aliquod tempus etiam graeca et anglica instructionibus fructus sum privatis. Anno aetatis decimo octavo meae in urbem Daniae regiam ad Medicinae nec non Chirurgiae collegia frequentanda me contuli. Qua in urbe paelectionibus professorum virorumque celeberrimor. ac illustrissimor. *Withusen* et *Colsmann* de Anatomia arteque cadavera dissecandi, *Thal* de Chemia, *Hetholdt* de Physiologia, *Fenger* de arte obstetricia et theoretica et practica, nec non de Akiurgia, *Cassisen* jun. de Chirurgia, Therapia Pathologique generali et speciali, *Hornemann* de Botanice; *Schumacher* de Materia medica, *Stark* de Semiotice generali, *Möller* de Medicina forensi, *Skiött* de apparatu deligationis, per tres circiter adfui annos. Per breve temporis spatium etiam Nosocomio Fridriciano-regio, duce *Withusen*, advi. Post hanc periodum Berolinum profectus sum instituta clinica nec non policlinica frequentatus. Aliquot mensibus vero praeterlapsis, pecunia destitutus, chirurgi inferioris functionem militaris petere coactus eram. Quo statu non gavisus post annum dimissionem postulavi. Nunc Rostochium, urbem magni Ducatus megapolitani literariam me contuli. In hac gratiosa facultate medica illustriss. ac celeberr. *Spitta* medicinam forensem, et experientiss. atque prudentiss. *Strempel* Materiam medicam me docuerunt. Quorum virorum humanissimorum institutis clinicis et policlinicis adfui magno cum usu per hocce semestre aestivum, quare iis publice maxinas ago gratias. Jam tentamine examineque rite absolvatis, gratiorum medicorum ordinem summos in Medicina et Chirurgia in me collocaturum honores, confido.











the scale towards document

Per sex annos in lingua latina nec et per aliquod tempus etiam graeca et unctionibus fructus sum privatis. Anno octavo meae in urbem Daniae redicinae nec non Chirurgiae collegia fre-
re contuli. Qua in urbe preelectionibus virorumque celeberrimor. ac illustris-
husen et Colsmann de Anatomia arte-
a dissecandi, Thal de Chémia, Her-
physiologia, Fenger de arte obstetricia
et practica, nec non de Akiurgia, Ca-
de Chirurgia, Therapia Pathologique
speciali, Hornemann de Botanice;
er de Materia medica, Stark de Semio-
i, Möller de Medicina forensi, Skiött
deligationis, per tres circiter adfui an-
reve temporis spatium etiam Nosocomio
regio, duce Withusen, adivi. Post
lum Berolinum profectus sum instituta
non policlinica frequentatus. Aliquot
ero praeterlapsis, pecunia destitutus,
inferioris functionem militaris petere
n. Quo statu non gavissus post annum
postulavi. Nunc Rostochium, urbem
tus megapolitani literariam me contuli.
osa facultate medica illustriss. ac celeberr.
licinam forensem, et experientiss. atque
Strempel Materiam medicam me docue-
rum virorum humanissimorum institutis
policlinicis adfui magno cum usu per-
stre aestivum, quare iis publice maximas
Jam tentamine examineque rite absolu-
m medicorum ordinem summos in Me-
chirurgia in me collocaturum honores,